infractis animis conſiſtamus, tuo
freti pręſidio, ſine quo nihil poſſumꝰ

pateris tu quidē nōnunqꝫ incidere ten
tationes, vel vt explores ſpectatamqꝫ
reddas tuorū tolerantiā, quemadꝫ ten
tatus eſt Iob & abrahā: vel vt huiuſmōi
flagellis caſtiges & emendes delicta nr̄a:
ſed quoties id pateris, rogamus vt idem
tentationis facias felicē exitū, ac vires
impartias ponderi malorū irruentiū
pares. Ingens periculū eſt, quoties intē
tatur bonorū direptio, exiliū, probra,
carcer, vincula, diri cruciatus corporū,
mortes horrendę. Sed nō minus diſcri
minis eſt à proſperitate blandiente,
quā ab aduerſis terrorē ingerentibus.
Cadūt à dextris pariter ac ſiniſtris
innumeri. Alij metu poenarū territi ſa
crificāt demonijs. Alij fracti malis,
blaſphemijs afficiunt adorandū nomen
tuū, teqꝫ cruci affixū olim cōuitijs
inceſſunt



inceſſunt. Rurſus alij venenato poculo
felicitatibus mundanis inebriati, ſpretis
tuis dotibus revoluuntur in volutatione
coeni prioris: Velut euangelicus ille fili
us, qui prodacta cum ſcortis omni pater
na ſubſtantia, eo miſeriæ perductus eſt,
vt porcis etiam ſuas ſiliquas inuideret.
Scimus aduerſarium nihil in nos poſſe,
niſi tu permiſeris. proinde non recuſamus
obijci quibuſcunque periculis, modo tua
clementia et aduerſarij inſultum, et noſtras
vires moderetis. Sic .n. fiet, vt etiam ſi
quando fuerimus inferiores in congreſſu tamen
hoc tua ſapientia vertat in bonum noſtrum.
Sic vicit filius tuus ſemper adorandus
Satanam, ſic carnem, ſic mundum, vt quum
maxime videretur oppreſſus, triumpharet
maxime. Ac ille nobis pugnauit, nobis
vicit, nobis triumphauit. Vincamus

& nos illius exemplo, tuo presidio per ſpm̄ ſanctū ab vtroqꝫ prodeunte in oīa ſecula Amē:

SED LIBERA NOS

Pater omnipotens, tua gratuita be nignitas nos ſemel à peccatis expia tos, ab impuriſſimo prē diabolo, libera uit per Ieſū chriſtū filiū tuū, & in ho norē nōis ac hereditatis adoptauit: ſed ita vt quamdiu verſamur in terris, perpetua lu cta ſit cū hoſte nihil nō moliente, vt nos quibus inuidet tuū beneficiū, in ſuū iub retrahat. Horreſcimus animo, quoties recor damur quā foedū patrē habuerimus, quū eſſemus mancipia peccati, quā infelici he reditati fuerimus deſtinati, quā immiti ſeruierimus dominio. Nec ignoramus illius obſtinatā malitiā, nō ſolū viribꝰ ſed mille etiam artibus ac dolis inſt

ructā

ructā in nr̄am perniciem: numq̄ dormit
numq̄ȝ ceſſat, ſed ſemper obambulat, veluti
leo fame rugiēs, captās, quęritās, ac ven
ans quē deuoret. Nimirū tui pater eſt diſſ
imillimus. Tu enī natura bonus ac benefi
cus, ouē erraticā reportas ad ouile, mor=
bidā ſanas, extinctā ad vitā reuocas,
inimicos etiā tuos blaſphemos in ſactū
nomē tuū, amore tuo preuenis, & ad
ęternā ſalutē inuitas. Ille odio inſatiabi
li erga nos, à quibus nūq̄ȝ lęſus eſt,
nihil aliud molitur, quā vt quā pluri
mos ſecū in exitiū pertrahat. Inſignis
cuiuſq; malicię eſt, gratis nulloq; ſuo
cōmodo velle perdere à quo quis non
eſt iniuria laceſſitus. At hic ſuo etiā
malo imminet in malū eorū, quos tu
in tutelā tuā ſeuocaſti. Nō tu illū
talē condideras, ſed eo malicię delapſꝰ



eſt, poſteaquã ſibi places tuę maieſtati
ſubiectus eſſe voluit. Proinde ſtimulatus
inuidia primos nrī generis parentes arte
circũuentos pellexit in mortē, inuidēs
illis paradiſi voluptates, quũ ipſe ſeſe cęli
gaudijs ſpoliaſſet. Nũc etiã acrioribꝰ in
uidię ſtimulis vritur, quod paradiſo
excluſos ſubuehis in coelũ, quod morti
deſtinatos per fiduciã in Jeſũ filium
tuũ ad beatã immortalitatē inuitas:
quod ipſius etiã maliciã vertis in cu
mulũ tuę glorię, nrę ſalutis. Proinde
quanq̃ ille multis merito formidabi
lis eſt, tamē conſolatur nos tua bonitas
quę plus poteſt ad ſalutē, quã vniuerſa
illius malicia ad perniciē, Agnoſcimus
nrãm imbecillitatē, ſed nõ expaueſci
mus hoſtis incurſũ, ſiue viuimus, ſiue
morimur, quãdiu te merebimur habere
protectorē. Nã metuimus exitium ab

illo malo, quandiu continget adhærere bono. Hæc vota filiorū tuorū pater æterne, si pia sunt, si iuxta formā a filio Jesu præscriptā concepta, certa nos habet fiducia, tuā bonitatē præstaturā quod petimus.

Ad patrē

Indulgentissime pater, qui sūmus in summis habitas, audi famulorū tuorū adhuc in terris exulantiū vota, quos pro tua ineffabili benignitate filiorū noīe dignatus es, datoq3 tui sp̄s preciosissīo pignore largitus es, vt cū reuerente fiducia ad te clamare audeāt, Abba pater. Oramus vt tuū nomē adorandū sic per vniuersū orbē inclarescat, vt quēadm̄ in coelesti ciuitate tu vnus es omniū gloria, ita in terris nullus

de ſe glorietur, ſed ſuā agnoſcentes
indignitatē tuāq; munificentiā, in tē
glorient᷑ oēs, quę ſola eſt vera gl͞a.
Et quoniam nobis varia difficiliſq;
lucta eſt cū mundo, cū Satana, &
huius miniſtris, cūq; carne quā cir
cūferimus, ſuſpirantes rogamus vt
adueniat regnū tuū, vt quēadm in
coelis oīa cū tremore ſeſe ſubmittūt
tuę maieſtati, ita tuus ſp̄s regnet in
animis noſtris, agnoſcentibꝰ te regē
eſſe regū oīm, quo nihil eſſe poteſt
neq; maius neq; meliꝰ. Et quēadm
in tuo ſancto palatio nulla eſt rebellio,
ita cuncti mortales, abdicatis omnibꝰ
humanis cupiditatibꝰ, toto pectore, tum
in proſperiꝰ, tū in aduerſis, tū in
vita, tū in morte, pareāt iuſſiꝰ tuis
regalibus, nimirū intelligentes, te ſolū



nihil poſſe velle niſi quod eſt optimū,
& hoc ipſo optimū eſſe quia tibi placi
tū. Voluntatē aut̄ tuā optime pater
nobis in diuinis libris notā, & expreſſā
eſſe voluiſti. At nullus hoim̄ poteſt tuis
imperatis facere ſatis, niſi tu dederis
ac pro tua ineffabili miſericordia nrāz
imbecillitatē boni conſuleris. Et qm̄
iuxta filij tui doctrinā nequaq̄ de fu
turo ſoliciti, toti de largiſſimi patris
prouidentia pendemus, tuo arbitratu
da nobis quotidie, quod huius vitę poſt
ulat neceſſitas. Sed an̄ oīa, quoniam
iuxta tibi chariſſimū paulū p̄cipue
ſpirituū pater es, paſce animos noſtros
alimonia ſpirituali, ſiue lacte opus eſt
infirmis, ſiue ſolido cibo adultioribus.
Cibus vere vitā largiēs eſt tui per ſa-
cras ſcripturas cognitio, tuiq; ſp̄s
gratia, per quā quotidianis virtutū
acceſſibus, iuxta internū hominem

grandeſcimus in te, donec adoleſcamꝰ
in virū, & in menſurā plenitudinis un
igeniti tui Jeſu chriſti. per verbū tuū nos
genuiſti, quū nihil eſſemus, per idē rex
Adā infęliciter natos denuo genuiſti, eod
alis, ac vegetas quos genuiſti. Hic eſt
enī panis ille coeleſtis, hoc eſt vinum
nouū, quo iugiter ac fęliciter ſaturāt[ur]
omnes beati ſpiritus, qui in tua domo
habitantes, in ſęcula ſęculorū laudant
te. Cuius portionē ſi quotidie dignaberis
impartire filijs tuis, indies decreſcent
in nobis fames ac ſitis rerū munda
narū. Quanq; aūt ſemel in ſacro laua
cro per fidē condonaſti nobis omnia
delicta, attamē quoniā donec hac carnē
mortalē circūferimus, & gratię tuę
theſaurū portamus in vaſis fictilib;
quotidie per infirmitatē humanā pec
cantes, quotidie egemus tua miſeric
ordia

ordia, que nobis ignoſcat lapſus nr̄os
ne excidamus a charitate tua, ſed per
ſeueremus in ea pace, qua tibi per unige
niti tui ſanguinē reconciliati ſumꝰ,
ac pariter dones, ut quemadꝫ tu miſeri
corditer condonaſti nobis oīa delicta,
ita nobis inuicem condonantes quoti
dianas offenſiunculas mutuā intᷣ nos
pacē, concordiā, & charitatē alamus
Neqꝫ enī te deū pacis propitiū habere
poteſt, qui proximo ſuo infenſus eſt.
Sed qm̄ dū interī militamus in his
tabernaculis, malicioſus ille tentator,
à cuiuƀ tyrannide nos in libertatē
aſſeruiſti per filiū tuū Ieſū, nō deſi
nit oēs admouere machinas, quo noƀ
in ſeruitutē retrahat, oramus ne nos
tuo pſidio deſtitutos tradas in manꝰ



illius, qui ſitit exitium animarum noſtrarū, ſed per fidē et charitatē perſeuerantes in conſortio benigniſſi filij tui perueniamus ad eā vitā, ubi nullę ſunt offenſiones, nec vllū à Satana periculū. Amen:-

AD FILIVM

GEneris humani conditor ac redēptor Ieſu chriſte, qui dixiſti, Ego ſū via, veritas, & vita. Via, doctrina pręceptis & exemplis: veritas in promiſſis: vita in pręmio. Oro te per ineffabilē tuam charitatē, qua te totū ſeruandis nobis impendere dignatus es, ne patiaris me vnq̄ aberrare abs te, qui via es: nec vnq̄ diffidere promiſſis tuis, qui veritas es, & pręſtas quicquid polliceris: nec in vlla alia re conquieſcere, quoniā vita es ęterna, vltra quam

nihil est quod desideretur, neqꝫ in
coelo neqꝫ in terra. per te didicimus
certū & expeditū iter ad verā salutē
ne dītius in huius labyrinthis oberra
remus. Tu nos exacte docuisti, quid
credere, quid agere, quid sperare, in
quo conquiescere debeamus. per te did
icimus, q̄ꝫ ex primo illo Adā fuerim⁹
infeliciter nati. per te didicim⁹, non
esse spē salutis, nisi per fidē in te. Te
vnicā esse lucē, quę praeluces omnib⁹
per huius sęculi desertū, perqꝫ nostrę
mentis noctē à tenebris Aegiptiorū
proficiscentibus, ad illā beatā terram
quā promisisti mitibus, tuaqꝫ mansue
tudinē imitantib⁹. In nobis enī nihil
erat praeter profundā caliginē, qui
neqꝫ calamitatē nostrā videre pote
ramus, neqꝫ vn̄ mali remediū pete
re debebamus. Tu dignatus es te



rā deſcendere, dignatus noſtrā natu
rā aſſumere, vt doctrina tua diſcuteres
ignorantię nrę caliginē, preceptis tuis
dirigeres pedes nrōs in viā pacis, vitę
tuę exemplis ſtrauiſti nobis viā ad
immortalitatē, ac tuis calcatā veſtig
ijs, ē ſalebroſa & cōmodā et leuē nobis
reddidiſti. Ita nobis via factus es, quę
neſcit errorē, in qua ne laſſaremus [eſſe] tua
benignitate nos magnis certisq; pro-
miſſis fulcire dignata eſt. Quis enim
poſſit delaſſari, ſecū reputās, per tua
veſtigia ingredienti paratā eſſe vitę cœ
leſtis hereditatē? Ergo dū in hoc iti
nere ſumus, ſpem certā nobis baculi
loco eſſe voluiſti, qua ſuſtentemur.
Nec his contenta fuit tua bonitas,
ſed agnoſcēs imbecillitatē nrę carnis,

interim ſolatio tui ſp̄s ſubinī zefiris
vires nr̄as, quo ad te curramus ala
criter. Atq ut tu nobis factus via
propellis oēm errorem, ita factus veritas
tollis omnē diffidentiā, Deniq nobis
factus vita, das hic peccato mortuos
vivere per ſpm̄ tuū oīa vivificantē
donec in reſurrectioē prorſus abolita
omni mortalitate, ſemꝑ tecū & in
te vivemus, quū chriſtus erit nobis
oīa in omnibus. Vita enī ęterna eſt
noſſe, patrē & filiū & ſpm̄ ſanctū
eſſe vnū verū deū. Quē nūc per fidē
videmus tantū in ſpeculo & ænigmate
tunc aūt cominus domini gloriam ſpe
culantes trāſformabimur in eandem
imaginē. proinde obſecro clemētiſſīe
ſervator, vt adaugeas famulo tuo fidē,
ne vacillē vnq in coeleſti tua doctrina:
adauge obedientiam ne vnquā deflectā

a pręceptis tuis: adauge conſtantiā
vt tuis ingrediēs veſtigijs, nec Sata
nę blandimentis illiciar, nec terri
culamentis deijciar: ſed in te, qui
ſolus es vera via, perſeuerē vſq; ad
mortē. Adauge mihi fiduciā, vt tuis
fretus promiſſis, nūq̄ ſeneſcā in ſtu
dio pietatis; ſed à tergo relictorū obli
tus, ſemper ad pfectiora contendam.
Adauge gratiā in me tuā, vt indies ma-
gis ac magis in meipſo mortuus, viuā
agarq; ſpū tuo: nihil metuēs pręter te
quo nihil maius aut potentius: nihil
amans pręter te; quo nihil eſt amab
ilius; in nullo glorians, praeter q̄ in te,
qui vera es gloria ſanctorū omniū:
nihil expetens pręter te: quo nihil eſt
melius; nihil deſiderās pręter te, qui
plena perfectaq; es fœlicitas, cū prē
et ſpū ſancto per oīa ſęcula. Amen.



AD SPIRITVM SANCTVM

ADorande ſpiritus, qui triadē illā om
nipotentē abſoluis, è patre filioqꝫ proce
dens, vtriqꝫ per oīa æqualis, ſola perſoā
proprietate differēs, qui tua bonitate cō
donas peccata reſipiſcentibꝰ, qui tuo ſāc
to afflatu purificas hominū mentes,
conſolaris afflictas, mœrentes caſtā læt
icia exhilaras, nubilas tua luce ſerenas,
errantes dirigis in oēm veritatē, frigētꝭ
accendis igne charitatis, pacis glutino
concilias diſſidentes, varijs donis inſt
ruis ac ditas eos, qui per te nomē pro
fitentꝛ domini Jeſu, Cuius actu viuūt
oīa, quæ verè viuūt, cuius deliciæ ſūt,
verari in ſimplicium pectoribus, quæ tibi
pro templis ipſe conſecrare dignatꝰ
es. Tuere quæſo in me tuæ benignitatis
munera

munera, & indues auge quod largiri
dignatus es, ut te gubernatore magis
ac magis in me moriant^r carnis aff
ectus, gliſcat vitę coeleſtis deſideriū:
te praelucente ſic tranſeā per caligino
ſū huius mundi deſertū, ut nec Satanę
vitijs inquiner, nec ullis erroribus in
uoluar, qui diſſonāt ab inuiolabili
veritate, quā tui nōis inſtinctu nobis
tradidit Eccleſia catholica, q cū patre
& filio viuis & regnas in ęternū Am̄:

Precatio Eraſmi ad Virginis
filiū Jeſū huāi gnis aſſertorē

ADoro te prona ſupplicique mente gnis
inſtaurator humani. Dei ſimul & vir
ginis fili Jeſu chriſte, qui verū illud es
lumē & imortale, ſine tempore pror
ſus, inenarrabili modo promanās a

patre, fonte lucis omnis, qui cū ſacro
ſpiritu' incogitabili nexu ſic coheres
vt neqȝ monadis ſimplicitas perſonarū
confundat diſcrimina, neqȝ triadis
proprietas, vſię ſcindat cōmunionem.
Tu enī iuſticię nouus ille ſol, qui ſemꝑ
oriēs a ſemper generante patre, ſemel
aūt viſibilis exortus orbi ſempiternis
damnato tn̄bris, tartareā peccatorū
nrōrū caliginē diſpuliſti, nouaqȝ lā
pade prę̄nitēs, diem illū candidum,
vereqȝ almū, & expectatiſſimū reuex
iſti mortalib. diem quē vnū fecit dn̄s
noctē teterrimā (cuius ipſi fueramꝰ
autores) profligans. Qui deniqȝ nū
qȝ deſinis inuiſibilis oriri mētibꝰ
pijs, ſubinde nouus, ſed idē nulli
tuę viuificę gratię radios inuidēs,
niſi ſi quis excluſerit inuidēs ipſe
ſibi



ſibi. Qui perpetuo quietus, rotas ac
versas omnia, semper intra temetip
ſu manes, eterna vertigine ambis
vniuerſa, illuſtras omnia, nihil non
intues, nihil nō penetrās, Conſpicuus
pariterq invisus: modicus & idem
immenſus: complectens omnia, ſim=
ulq incomprehensus: infuſus p oīa,
ſimpliciſſimus tamē. Temporū autor
ſine tempore, omnia moderās, ſine ſo
licitudine. Qui natiuo calore inſenſi
biliter illabēs, ad patrē ſubducis ani
mos mortaliū, ac terrenarū cupidi
tatū fece depuratos, quatenus licet,
in tuā ipſius naturā ſurſū rapis, rap
tos attenuas, attenuatos tranſform
as, vti quemadm tū cū patre deo na
tura, ita nos tecum vnū ſimus

adoptione. Quiqꝫ salutifero radiorū
tuorū influxu florentia vitaliaqꝫ
omnia parens, educator, origo et
finis omniū que nascunt᷑. Tuo sydere
afflari reuiuiscere est, tuo foueri lumīe
proficere est, tuis accendi flāmis per
fici est, abs te deseri perire est. O ter
foelices, quibus tu mitis et roscidus
exoreris: Ve sempiternū ijs, quibus
iratus occidis. Tuū intueri vultū ga
udiū est absolutū: tuo orbari conspec
tu, chaos et horror est eternus. Ubi
tu luces ibi demū immortalitas: ubi
nō luces, ibi infernus est. Exorere queso
mihi fastus ac propicius, o lumē om
lis amabile, animiqꝫ nebulas, quas
mihi mea terra suffundit, discute,
ijsqꝫ oculis quibus tu videri soles,
serenus irradia, atqꝫ illa affulge

fronte, qua coelū pariter & terrā
exhilarab. Tu qui terrarū flammis
opera omnia luſtras, ne pręterreab
quęſo hanc animulā, quā ipſe fixi
ſti. Ne pigeat benigne Ieſu reficere
quod facere dignatus es: reſtitue q̄d
inſtituiſti. Ne graueris inſtaurare
tuū ipſius plaſma. Reſarciat ſuo
in opere tua clementia, quod meo
vitio male diſſipatū eſt. Corrige
in tuo opificio, quod eſt meapte cu
lpa deprauatū. Agnoſce & perfice,
quod optimus optime conſtitueras.
Vindica quod tuū eſt, vt omnia m
ala nr̄a nulli niſi nobis ipſis imp
utemus. omnia vero bona tuę miſ
feramus accepta, qui ſingulari etiā
tua bonitate nr̄m malū in tuum
bonū diuina quadā arte ſoles vertere.



Tua me virtus benificentiſſime parẽs
Iesu, cũ nihil eſſem mirabiliter cond
idit. Tua ſapientia corpuſculo huic org
anis ad om̃ vſũ aptiſſimis, miraq; pa
rtiũ omniũ harmonia concinnato,
tũ ſenſuũ incredibili ſagacitate mu
nito, vitalem animã indidit, de tuo
afflatu ſacro calentẽ, im̃ortalẽ ęthe
rei ſeminis, ad tuimet imaginẽ ſcul
ptã, quo tui qui ſummũ es bonũ ca
pax eſſe poſſet. Cui quidẽ, & tuo de
luce, docilitatis quaſi ſcintillulas quaſdã
inſperſeſti, vti in medio mundi, veluti
pulcherrimo quodã tuorũ operũ theatro
collocata, per viſibiliũ rerũ cognitionẽ,
quarũ tu nihil nõ optime fabricatus
es, te inuiſibilem opificẽ inueſtigaret.
Tua denuo miſeratio, poſteaquã cum
gentilicię labis ſerpigine, tũ aut mea

pte

pte quoqȝ impietate, in nihilū recid
iſſem, ſalutiferę tuę mortis antidoto
in vitam repoſuit, deqȝ tuo dependiſti
innocentiſſime, quod ego nocēs cont
raxerā. Nullū nouit modū tua benigni
tas clementiſſime conditor. En iterū
ſer gratuito reſtitutū, ne ſemel aſſertus
in miſerandā ſeruitutē reuoluerer, tua
profuſiſſima liberalitas quot egregijs
dotibus cōmunijt, quot efficacib9 ſacra
mentis aſſidue de tuę ſacroſanctę mor
tis fonte ſubſcatentibus cōfirmauit,
lauacro viuificās candidāsqȝ, ſacro
chromate roborās, corporib9 ſanguiniſqȝ
proprij dapibus ſaginās, neqȝ nō effi
caci vnguine contra ſpūles agones
militē tuū durās varijs chariſmatib9,
& arcanis muneribus locupletās, ta

ritis animorū instinctibus trahēs aberrantē, extimulās dormitantē. Et tanq͂ hęc omnia parū sint, ita misticę scripturę tuę remedijs vndiq͂ periculis nostris occurrit tua pietas. Doces errantes, fulcis nutantes. promissis cō firmas laborantes, hortatu conantes erigis, exemplis inflāmas, minis deterres, nūc allicis beneficentia, nūc meritę calamitatis flagello castigas. Deniq͂ adhec oīa, tā multa, tā magna, ingratū me atq͂ obsurdescentē, toties spretus, toties capitaliter offensus, tamē vsq͂ & vsq͂ reuocas redemptor ignocentissime, iamq͂ in pręceps eunti, penitentię salutaris asylū aperis, & aperis, quoties a nobis auersi ad te refugimus, nihil scilicet interire volens eorum



rum, que pulcherrimus ipſe tam pulchre finxeras, quemque mercator, neqꝫ imperitus, neqꝫ ſtultus, tam cupide, tantoqꝫ impẽdio redemeras. Huius tam inęſtimabilis tuę bonitatis fiducia, en audet ad te redire poſt tā diutinas errorū ambages mancipiū fugitiuū, ad te ſuū oīmqꝫ dominū. Aſſere poſtliminij iure quod tuū eſt, domine Ieſu, neqꝫ ſimul & tibi, & mihimetipſi reſtituor: quandoqdẽ vtriqꝫ perij. Me miſerū, quā multis. q̄ imperioſis, quā pudendis dominis inſeruiui, dū inſaniſſimū Aegipti peregrinatio, dū Babilonica captiuitas nimio delectat opere, dumqꝫ tuū vere ſuaue iugū ceruice demēs excutio, cui ſeruire ſumma vnicaqꝫ libertas eſt, a qͦ aſſeri, eripi eſt, a quo teneri, beatitudo eſt

eſt: a quo profugere, interire eſt.
Audet redire tamē ad indulgētiſſi
paſtorem ouis iterū erratica, quā
tu quondā diu multūqȝ per vitiorū
vepreta veſtigatā, humeris tuis lętꝰ
reportaſti, niueoqȝ innocentię vellere
denuo tectā, cōmunibꝰ eccłię tuę cau
lis reddidiſti, in quibus iā luporū
inſidias nō timeret. Audet redire ad
amātiſſimū parētū filius mali frugi
qui meliores ānos corporiꝰ ſimul &
ingenij dotes, hoc eſt, om̄ ditiſſimi
patris ſubſtantiā cū turpiſſimis ne
potibus, ſcortiſqȝ barbaris, nempe carnis
cupiditatibus nequiter prodegit. Reuer
titur aūt ē longinqua ignotaqȝ regio
ne vitiorū omniū, quę tu ſola igno
ras ęterna ſapientia, nudus, egēs, fa
melicus, nihil ſecū ex tanta benigni

parentis liberalitate referēs, prętер infelicē
conſcientiā ſceleribus pudoreq; coopertam.
Superat tamē hunc nequiſſimū, aut im
menſū impietatis meę cumulū tua ge
nuina bonitas, qui ſeruū hunc nequiſſim
um nō ad crucem, nō ad cōpedes, quas
alioqui ęternas cōmeruerat, ſed ad veni
am vocas, nō noxę dedis, ſed emendat
ū in familiā recipis. Quē hanc vlceroſā
et vagā curā potius quā poena dignā iu
dicas. filiū tā male dicto audientē, tā
a paternis moribus degenerē, nō exhere
das, nō abdicas, ſed patria victus pieta
te recipiſcenti vltro etiam in amplexꝰ
occurris. Nō tu reuerſū domo prohibes nō
ſupplicē à genibus repellis, ſed ad prim
am ſtatī poenitentię vocē in collū infu
ſus oſculo dignaris, & quē lentiſſime

ſuſtinueras peccantē, pęnitentē lubēs
admittis, pannoſo nouā ſtolam depro
mi iubes. Supplicium merito paratur
conuiuiū, iam vtiq; de tuo veteres
omnes noxas condonas. Et prę nimio
recepti pignoris gaudio nō vacat priſti
narū offenſarū meminiſſe, nō ſęuis
linguę verberibus patria intonat ira
nō auditur vel lenis illa Mitionis ex
postulatio. Quod vnquā simile patris
indulgentis exemplū ſolertes illi naturę
adumbratores ediderūt Vę hyemi pecto
rū nrorū, clementiſſime ſaluator, ſi tua
tā inaudita nri charitate, nō incaleſc
unt ad te redamandū, qui ſic adamaſti
prior. Vę lethargo mentiū nrarū ſi
tantis meritis excitatę nō expergeſiūt
Vę duritię cordis humani pluſq; adamā
tini, ſi tanta tua indulgentia non

potest mollescere. Sed quisnā ò sola spes
nrā, revellet hoc cor saxeū & inextrica
bile carneūqz, & simplex reponet, nisi tu
solus, qui quo vel sic nram peruinceres
duritie, ipsi caro factus es, Imo quis to
tū hunc hoiēz a summo capillo ad im
ū vsqz calcaneū refinget, nisi tu agn
us immaculatiss, qui nō precaminibus
aut herbis magicis, sed sanctissimi tui
cruoris aspergine creaturā innouas vn
iuersā, qui seniū abolens mundi, cęlū
nouū, terrāqz nouā solus creas. Quis
hoc putre cadauer in vitę nouitatē rest
ituet, nisi tu qui solus arentia deplor
ataqz ossa vitali flatu animas, qui qu
atriduanū Lazarū simplici voce in luc
em extiuisti. Suscita quęso, & nostrū ho
funus, tu qui vita es oīm, sana ęgro=
tū

tū hunc, qui vera medicina es, Miſer
andū hunc hydropicū tua gratuita
mīa dignetur apprehendere, nil niſi
res fluxas nihiliq; ſitientē, morbiq;
vim miſerabili copia, nequicq; alen
tē: proq; inexplebili male dulciū aqu
arū auiditate, tui ſitim inſere, de cuius
fonte qui biberit, nō ſitiet inęternū
tui famē excita, qui panis es vitę,
de quo qui ſemel ederit, nimirū nauſ
eam fecerint ollę carniū Ægiptiarum
Solue omnipotenti tuo nutu animā
hanc paralyticā, corporis affectibus velu
ti ignauo grabbato prorſus affixam.
vitęq; ac pietatis officijs reſtitue, In
ſaucij huius capitalibus plagis, pariter
& ſalutaris poenitentie vinū, & tuę co
ſolationes oleum infunde. Aperi ceci

huius internos oculos, vt te aſpiciat
lumē īmortale, protinuſq; euaneſcant
omnis huius mundi præſtigiæ. Poſtre
mo qm̄ tu es vnicus ille noui plaſma
tis autor, totū hunc Adā veterē quā
tus eſt, detrahe, qui nihil vn̄, profect9
eſt, niſi limū ſapit, proueniatq; te
fingente, nouus ille qui ſecundū te cr
eatus ſit. Nam tu dulciſſime Ieſu, pi9
ille es incantator & magus, qui non
Theſſalib Cholchiciſue venenis, ſed om
nipotenti vītā tua, nō corpus modo,
verū etiā aīam refingis, neq; tantum
ſenio iuuenē, verūetiā propulſata mort
e viuā facis & immortalē. Feſtina ig
itur, & me totū ſpūb tui ſacretis incā
tamentis, tueq; gratiæ ſuccis transfi
gurare. Tolle putrem hanc & corruptiſ
ſimā

ſimã carnẽ, aſſidue cum ſpũ bella
gerentẽ, nouamq; ad tuę carnis ima
ginẽ inſere purã, incõtaminatã, ſpũ
audientẽ. E marceſcat hęc quę fęnũ
eſt, neq; te oĩno videbit: ſuccedat ea,
que videbit ſalutare dei. Exime ſpm̃
hunc brutũ, aĩalẽ, tumidũ, intracta
bilẽ, cũ carne coniurantẽ, à te ſępe de
ſciſcentẽ: tuũ imperti ſuauẽ, mitẽ, coel
eſtia ſapientẽ, aſpernantẽ ea que vidẽ
tur, qm̃ temporalia ſunt, ſubuolantẽ
ad ea, quę nõ videntʳ ęterna, vt mihi
met velut exanimatꝰ, per te ſpirẽ, in te
vno, tibiq; vni viuã, mihi mortuus
mundo. Eteñ ſuopte ſpũ qui viuunt,
ij vere mortui ſunt: tuo vero qui agũtʳ
neq; in carne ſunt, neq; ſub lege, ſed
vitã viuunt immortalẽ, capitis nũquã
morituri, membra immortalia facti.

Sic igitur aufer me mihi, imo me mihi
restitue vnice salutis autor Iesu christe
me mihimet excide, vt tibi inserare mihi
pereā, vt in te sim incolumis: mihi mo
riar, vt in te viuā: mihi marcescā, vt
in te floream: in me sim inanis, vt in
te abundē: in me nihil esse incipiā,
vt in te sim omnia. Magnā rē petit
à te vermiculus (neq;. n. me fugit) nec
meritis modo, verū etiam votis humanis
atq; adeo intellectu maiorē, nimirū
vt vnū tecū fiat. & in deū quendā
transfiguretur homunculus. Sed quid
hoc vsq; adeo mirū, si in deū transfi
guretur homunculus? magis mirū, q̄d
in hoīem transfiguratus est deus. Inco
gitabile vtrūq;, incomprehensibile vtrū
q;, verū hoc demū incomprehensibile tu
a mīa dignū, incōprehensibilia benef
ficia.

icia largiri. Eoq; te nō per mea merita
quę vel nulla ſunt, vel mala, ſed per
teipſū obſecro conditor optime maximeq;
perq; oīa quibus tuū numē placari flecti
q; ſolet: per tibi cōmunē patris potentiā
qua me de nihilo magnū quoddā atq;
admirandū bonū finxiſti: per homuſiō
tibi ſcti ſpūs bonitatem, qua me tot gra
tuitis dotibus locupletaſti: per tuam
admirandā ſapientiā, qua pertingens à
fine uſq; ad finē fortiter, & diſponēs
omnia ſuauiter, inenarrabili conſilio
nos redimere dignatus es. Atq; in pm
is per adorandū illū nūq; inſtaurationis
is fontē, incōparabilē charitatē tuā,
quę te veluti muſto lymphatū atq;
bacchantē, è ſinu dei parentis in vterū

virginis, ex arce coeli in hanc lachrimo
ſam vallē exilij noſtri deduxit, et hunc
limū induere compulit oppido volētē
Perqȝ oēs humanę conditionis iniurias
milleqȝ huius vitę incommoda, quę tu
domine oīm ſeruuli leuiſſimi cauſa, 33
annos ſpontaneus pertuliſti, per famē
ſitimqȝ, qua nrā ingluuiē dependiſti:
per tędia, per labores, per vigilias, per
ęſtus, per algores, quibus exitialē lux
um nrm̄ luiſti. per ſūmā pauperiē, in
qua & naſci, & viuere, & voluiſti, vt
noſtrā ditares egeſtatē. per obtrecta
tiones, per contemptus, per cōuitia per
totius vitę tuę ſūmā humilitatē, qua
noſtrā ſuperbiā fregiſti. per ſanctiſſi
mas illas tuas lachrimas, quas toti
es pro noſtris ſceleribus effudiſti.

per extremos illos innocētiss tuę mētis
angores, quos instante crucis supplicio,
nentiquā mortis formidine, quā tāto
pere sitiebas, sed incredibili quodā am
ore mēbrorū tuorū volens assumpsi
sti, nrām in te transferēs imbecilli
tatē, vt tua nos infirmitas cōfirm
aret: tuaqꝫ tristitia luctuꝰ ęternos no
bis adimeret. Per sanguineas guttas,
quas toto exudabas corpore, cū graue
scelerū nrōrū sarcinā in tuos esse
humeros impositurq. Per tua vincula
quę nos ęternę captiuitatis cathenis exu
erūt. Per tuū reatū, quo nos sumus à
vero crimine absoluti. Per probra, &
virulenta loedoria in te congesta, cū
pro nostris flagitijs tu male audic

bas innocentiſſime. per illita ſputa, per
tibi impartos colaphos, qui nris debe
bant᷑ malefactis. per ingentē illū ing
enuę puriſſimęq; mentis tuę pudorē,
quē & ipſū tua immensa charitas vo
lens lubensq; in ſeſe recepit, cū prim
vt maleficus quiſpiā a teterrimis ca
rnificibus de tribunali ad tribunal
de iudice ad iudicē pro palā traheris:
tūq; foede laniatus virgis lictorijs, inſa
nę plebi conſpiciendus producereris, nrā
ignominiā traducēs vt nos in tuā glo
riā vindicares. per liuores tuos, quibus
noſtris plagis remediū admotū eſt. per
tua vulnera, nrām medelā: per tua fla
gra, quibus ſeruuli huius noxias expiaſti
per ſacroſanctū ſanguinē tuū, quem to
ties prodigus effudiſti, vt nrām rubig
inē

inem eluceres. per crucē ter adorandū,
probrū tuū, nrā gloriam. per pręcioſiſſi
mā mortē tuā, quā indebitā pro nrō
omniū capite dependiſti, quaqȝ genus
humanū in hęreditatē īmortalitatis vitę
reſtituiſti, vt cū nrā nobis vitę mortis
eſſet ingreſſus, tua nobis vitę mor fie
ret initiū. Per inęſtimabilia pietatis
in deū patrē, & amoris in nos tui
merita, quibus pctorū nrorū mala
noīa cumulatiſſimę diſſoluiſti. per ve
nerandā virtutē puriſſimi ſacrificij
~~tui~~ quo ſacerdos et idē hoſtia, nos
patri deo tibiqȝ ipſi reconciliaſti. per
adorandū illud myſteriū, cū perfo
ſſo latere fontē arcanū ſanguinis &
aquę etiam exanimis aperuiſti, vt
altero reuiuiſceremus mortui, altero

purgaremur immundi. per magnifi cū triumphū tuū, quē rediuiuus ab inferis, sublata mortis tyrānide, coelis plaudentibus inuexisti. Per immortalē gloriā tuā, in cuius partē nos cohęredes asciuisti. per pietatē meritaqꝫ ecclesię sponsę tuę virginis illibatę, quā indissolubili copula conglutinata, tuo sanguine calet, tuoqꝫ spū animat. per meas ęrūnas, materiā tuę bonitatis. per mea mala, à quibus me nō liberabit nisi sola tua misericordia. per tua bona, pro qbus equidē nihil habeo quod rependā, nisi meipsū, qui iā olim tuus sum, neqꝫ hoc tamē ipsū, quicquid id est, donare

possū

possũ, nisi tu ipē arripias, quodq3 iure
tuũ est, etiam amore tibi vendires.
Ergo nō meis pro meritis sed pro
multitudine miserationũ tuarũ, q̄d
tuũ est, tibi assere. Inijce mancipio
tuo manũ, recude opus tuũ opifex
teq3 dignũ munus fingito. Exige
procul ex aīo meo templo tibi sacro
infandas abominatiōes Ægyptiorũ
quibus est a me nimis impie prophā
natũ, dono verę fidei purga, purg
atũ illuminet tua sancta spes, quę
neminē confundit, illuminatũ cha
ritatis igni perfice, meumq3 spm̄ iā
transfiguratũ, ita cũ tuo copula,
imo sic meũ tuus absorbeat, ut foeli
cem consensũ nrm̄ nulla diuinis mūdi

neqȝ poſteritas, neqȝ aduerſitas, neqȝ
vita, neqȝ mors, queat diſtrahere, vt
iā pręter vnū te, nihil amē, niſi tum
in te, tū propter te. Carnē aūt hāc
adhuc humi ſerpentē, in crucis tuę
palmā ſuſtollito, atqȝ illic tecū fœli
cibus affigito clauis, vt liber ac terre
na oīa, ē ſublimi ligno deſpiciēs, ad
te vnū anhelet amor meus. Tu mihi
dulceſcas vnus, tu vnus ſapias, tu ſolꝰ
delectes, te ſolū admirer ac deamē.
Sordeſcat mihi magis ac magis ò ve
ra fœlicitas, mundus hic impoſtor cū
ſuis pręſtigijs & incantationib, cumqȝ
exitialib. illectamentib, quę ſe uocat abs
te. Expurga palatū meū quondā heu
dulcibus venenis male imbutū, vt tu

a ſuau

na ſuauitate guſtata, protinus ama
reſcant mihi carnis delicię, olim in exi
tiũ vſq; dulces. poſt hac nauſeę mihi inſt
ar ſint venenatę mundi lauticię, quas
aliqñ, me miſerũ, q̃ auide deuoraui.
Ne iam rapiant oculos meos quamli
bet in ſpeciem decora, quęcũq; tuis
oculis nõ placent. Nõ placent aũt niſi
pia, cũ ipſa ſis pietas, nõ niſi caſta, cũ
ipã ſis puritas: odiſti fucata, cũ ipſa
ſis veritas: nõ probas quicquid carnem
ſapit, cũ ſp̃s ſis ſimpliciſſimꝰ. Execra
ris animale ſapientiã qui patris es
ſapientia. Abominaris quicqđ mundus
miratr, qm̃ iam olim & te mũdus,
& tu mundũ odiſti, fucata execratꝰ,
a mundo ſermones, quotquot tuos vor
ari vis. Atq; ita paulatim attrahente

te; mea mens tuo īmoriatur amori
ut ad utriusq; fortunę sensū penitꝰ
obstupescat. Quid n. omnino boni sine
te, aut quid q mali tecū mihi posset
accidere? Imo quid nō dulce tecum?
aut quid tā malū, quod tu tuis non
vertas in bonū? Cętera misceant sur
sum, ferant ac deorsū, mō ne te mi
hi subducas. Amores mei, meiq; ignes
tu sis unus, qui pulchri ipsius ideaes
immortalis, cuiusq; communione pu
lchra sunt, si qua specie placent, quem
deperire seruari est. cuius amore fure
re, unica sanitas est. Tu mea voluptas,
quo frui cumulus est felicitatis. Tu mihi
diuitię, qui sūmū illud es bonū, quo q
potitur, nihil est quod pręterea desyderet
Tu meū decus, qui gloria es patris &

Honor

honos ſanctorū om̄. Tu meū pręſidiū
qui nutu ſimplici ſeruare, potes quę vis.
vis aut oīa. Tu mea certa ſpes, qui idē
et promiſſor es, & pignus, & pręmiū.
Tu mea fiducia, qui nequaq̄ baculus
es arundineus, manū innitentē ſibi
deſtitues ac vulnerabis, ſed fidelis illa
petra, in qua quiſquis fundamēta iece
rit, nō metuit ruinā. Tu mihi pater
cui toties vitā debeo, Tu meū ſolatiū,
tu gaudium cordis mei, tu pax, tu
tranquillitas, Deniq; pro te vno contē
nē oīa, vt mihi viciſſim ſis vnus, pro
omnibus; ad quę nihil ſunt oīa, & in q°
vno ſunt vniuerſa, quę ſunt: Nihil
enī eſt, quod tui ſimile nō eſt, cuius
eſſe bonitas eſt & pulchritudo. A quo
degenerare, quid aliud eſt, quā in

nihilū tendere, Ad cuius ſimilitudinē
quo quiſq3 propius acceſſerit, hoc magis
ac magis perficitur. Tale igit͛ uti fin
gere digneris mitiſſime Jeſu, hunc
homūtionē, quantus eſt, tibi do, atq3
in manu trado, vt me tecū, & te
mecū mihi reddas, qui ſumma es bo=
norū om̄, ſemper adorandus cum
pr̄e et ſpū ſancto. Amē.

E

E



